

Gōbius aureus
fābula Thailandica

In Siāmō habitant piscātor et uxor, quī habent filiam. Nōmen filiae est Uea. Piscātor et uxor Ueam amant multum.

Quōdam diē, piscātor et uxor capiunt piscem, gōbium aureum. Gōbius est pulcher et uxor vult piscātōrem repōnere eum in mare. Piscātor nēgat, sed subitō, magna unda uxōrem et gōbium in mare pellit. Piscātor nōn potest uxōrem servāre et uxor in mare moritur.

Mox postquam uxor moritur, piscātor alteram fēminam in mātirimōnium dūcit. Noverca Ueae filiam habet et noverca et filia Ueam ōdērunt et faciunt eam laborāre.

Quōdam diē, noverca Ueam ad mare mittit ad capiendōs piscēs. Uea gōbium aureum capit. Gōbius lacrimat. Uea pōnit miserum gōbium in mare. Identidem Uea capit eundem gōbium et identidem Uea pōnit in mare.

Tandem, Uea domum it. Noverca videt Ueam sine pisce et clāmat et Ueam pulsatur. Postrīdiē, noverca iterum mittit Ueam ad mare. Iterum Uea gōbium aureum videt. Subitō gōbius loquitur!

“Nōlī esse misera,” gōbius inquit. “Ego māter tua sum.” Uea totum diem loquitur cum gōbiō. Tandem, Uea domum redit. Iterum noverca clāmat et Ueam pulsatur.

Dum Uea cum mātrem loquēbātur, tamen, filia novercae eam spectābat. “Uea cum pisce loquitur, nōn capit!” filia mātrem inquit.

“Tum EGO piscem capiam!” noverca respondet.

Noverca gōbium capit et eum coquit. Uea gōbium videt et clāmat. Uea corpus gōbiī in terram sepelit. Lacrimāns, Uea ad mare it. In mare est testūdō.

Testūdō inquit, “Nōlī lacrimāre, puella. Māter tua iam crescit in terrā.”

Uea ad terram currit et parvam arborem videt. Uea cotīdiē arborem cūrat et mox arbor est magna et fortis. Folia sunt aurea et pulcherrima.

Quōdam diē, rēx iterum facit et arborem videt. “Haec arbor est pulcherrima!” rēx clāmat. “Volō eam in aulā meā!” Multī virī ēmovēre arborem temptant, sed nōn possunt.

“Quaesō,” Uea inquit, “Haec arbor est mater mea!” Uea totam fābulam narrat. Rēx fābulam audit et est captus amōre. Rēx Ueam ad aulam ferre vult et dūcere eam in mātrimōnium.

Uea inquit, “Volō, sed necesse est ferre mātrem meam!” Iterum virī temptant ēmovēre arborem, sed iam opus est facile!

Noverca et filia Ueam spectant et sunt invīdiōsae. Noverca subitō clāmat, “Necesse est Ueae patrī valedīcere. Pater est prope mare!”

Prope mare, noverca et filia incipiunt pellere Ueam in mare, sed subitō magna unda pellit omnēs in mare! Noverca et filia moriuntur, sed testūdō Ueam ad terram fert.

Uea et rēx cum mātre Ueae ad aulam eunt et omnēs vītās in pace fīniunt.